UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Processus Juridicus contra sagas & veneficos, Das ist: Rechtlicher Proceß/ Wie man gegen Unholdten vnd Zauberische Personen verfahren soll

Goehausen, Hermann

Rintelii ad Visurgium, 1630

X. Ob die Beichtväter vnd Seelsorger/ vor der Bekäntnüß zu den Gefangenen können zugelassen werden.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64982

Visual Library

babile ſervaturos, nam mendaces ſunt, & homines irreconciliabili odio proſequuntur. Plura habet de hoc pacto, & diſpare admodum condicione paciſcentium Delrio *d. lib. 2. quæſti. 4. per tot.*

TITULUS X.

Ob die Beichtvåtter vnd Seelſorger vor der Bekantnuß zu den Gefangenen können zugelaſſen werden.

I.

DIeſes kan mit wenigem beantwortet werden. In vielen *Tribunalibus* hält der gemein Brauch / daß vor dem *Examen* kein Beichtvatter zu den Gefangenen gelaſſen werde vnnd haben die Richter offt jhre billiche Vrſachen / warumb ſie nicht ein jeden *Clericum* oder Prieſter / ſo etwan wegen Kund: vnnd Freundſchafft partheyiſch / oder zu viel glaubig ſeyn möchte / ꝛc. zu den *Reis* vor jhrer bekantnuß zu laſſen / vnnd wöllen zur zeit durch ſich ſelbſten / oder durch

durch die Hüter ſie mit Geiſtlichen Sachen verſehen laſſen.

II. Jedoch hält man auch för gut vnd nützlich / an denen Orthen da es bräuchlich iſt / daß ein verſtändiger Beichtvatter oder Seelſorger vor den *quaſtionibus* zu jhnen geruffen werde welcher ſie zu Rew vnd Leid wegen jhrer begangnen Sünden / zur Gedult / vnd zum ſchuldigen Gehorſamb dem Magiſtrat zu laiſten / vermahne vnd bereit mache.

III. Wie notwendig auch offt ſolches ſey / haben die *Iudices* vnnd AmptLeut offt erfahren vnnd iſt in vorigen Titulis, als Tit. VIII. §. 6. &. toto Titul. VII. weitläuffig probirt worden / weß wegen die Richter billich auch jhre Hülff für die Gefangene Zu begehren pflegen.

NOTÆ ET ADDITIONES AD TIT. X.

ELeganter de officio Confeſſarii quomodo cum Sagis *ultro ad ſacram confeſſionem accedentibus* ſe gerere debeat, disquirit Layman. *de ſagis ac veneficiis quaſt.* 2. & 3. hic agitur *de ſagis à Iudice captis vel condemnatis*, quomodo Confeſſarius cum

his ſe gerere debeat? Et reſpondet Layman *citat. quæſt.* 3. conſultum non eſſe, ut Sagæ captæ *ante judiciale examen* ad ſacram confeſſionem admittantur, quia ſpe liberationis conſequendæ innocentiam tunc ſuam prædicare ſolent: & vix adigi poſſunt; ut crimen confiteantur, dum timent ſibi à delatione. Quamobrem conſvetudo in pleriſque tribunalibus viget, non admittendi Confeſſarium ad Reos, priusquam omni examine expedito, noxii judicati ſint. Quamvis, niſi conſvetudo prohibeat, nihil obeſſe videtur, quominus Confeſſarius prudens, etiam ante judiciale examen, Sagas, alioſuè Reos ſuſpectos accedat, ad contritionem de peccatis ſuis diſponat; ad patientiam & obedientiam Magiſtratui debitam ſeriò cohortetur.

Cavere tamen debet Confeſſarius ne coram Reo reprehendat, aut in dubium revocet modum procedendi, aut ſententiam judicis: Igitur querimoniæ, preſertim à fæminis plerumque mendacibus, de injura ipſis facta admittendæ haud ſunt: cum officiũ Confeſſarii non

ſit talia judicare; ſed Reos ad veram pœnitentiam diſponere , ad patientiam & mortem, ſi ita opus ſit, fortiter perferendā hortari , eorundemque confeſſiones audire.

Quod ſi confeſſarii exhortatione permota confiteatur, *ſe ſagam eſſe*; plurimum expedit, ut diligenter , & exactè exquiret *quo tempore , quâ occaſione in tale crimen lapſa fuerit* : cum enim mulieres tales in dictis ſuis inconſtantes eſſe ſoleant, enarratis circumſtantiis cõuinci deinde poterunt , ut quod ſemel dilucidè confeſſæ fuerant , retractare facilè non poſſint, poſteà examinet confeſſam *de modo, & qualitate ſuperſtitionis; vtrùm ex animo Fidei Chriſtianæ renuntiarit, Diabolum adorarit; Falſa de Deo & æternitate ſenſerit; an rebus ſacris abuſa ſit? hominibus nocumentum intulerit in bonis fortunæ , aut corpore? num etiam læſerit perſonas valde conjunctas, ut maritum, parentes , liberos? item an viros principes, Clericos, Religioſos* : idque propter cenſuram excommunicationis &c. *vtrũ alios ſeduxerit , & an hi in tali crimine perſiſtant* : quia tenetur illos ad viam veritatis

reducere, aut ſi converti nolint, Magiſtratui deferre, ſicuti docet Delrius *lib. 6. disquiſit. Magic. ſect. 3. §. quoad interrogatoria.* Qua tamen denuntiandi obligatione non aſtringetur, ſi exinde probabile periculum immineat in ſuſpicionem atque capturam veniendi.

Poſtea cohortetur, & diſponat illam ad veram pœnitentiam, propoſita magna Dei miſericordia: per quam id jam conſecuta ſit, ut facilè ex faucibus Dæmonum eripi poſſit; alioquin æternum cum ipſis arſura: animetur ad fortiter ſubeundum ſupplicia corporis brevi tempore duratura; quibus ſatisfacere poterit pro peccatis ſuis, atque diu duraturas alterius vitæ pœnas redimere. *Sin autem ſaga in judicio confeſſa, apud confeſſarium conſtanter dicat ſe innocentem eſſe, & tormentorum metu confeſſionem extortam*; ſi eam verum dicere, conſideratis circumſtantiis, arbitretur (præſertim cùm in foro interno confeſſionis credendum ſit Reo, ſicuti dicenti contra ſe, ita & dicenti pro ſe) hoc caſu conſolari eam poteſt; etiam Martyres paſſos fuiſſe immeritos

ritos; pœnam hanc fore illi ad meritum, atque uberem ſatisfactionem aliorum peccatorum ſuorum: interim vero ſcire debeat, Deum non decipi, ideoque caveat, ne ſi innocentem ſe faciat contra ſcientiam & voluntatem Dei, cum Diabolo perpetuum luat. Plura habet de officio Confeſſarii, & modo Confeſſionis, deq; interrogatoriis hoc in crimine obſervandis, Delrio. *lib. 6. diſquiſit. Magic. cap. 1. ſect. 1. 2. 3. & ſeqq.*

TITULUS. XI

Ob man den Gefangenen geſtatten ſol / daß ſie im Kärcker beichten / vnd das Sacrament deß Altars empfahen / ehe ſie bekant haben / wann ſie kranck ſeyn.

I.

SO ein zauberiſche Perſon nach ihrer Bekantnuß nur den malefitz Sententz vnd letztes Vrtheil erwartet / vnnd ſich wider zu Gott warhafftig bekänt hat / iſt in kein zweiffel zu ſetzen / daß man ſie mit den H.